Monseigneur 313

No 57

Exaratis die 6. praesentis Illmae Vestrae Excellentiae literis, hisce respondeo: Magistratum hujus loci, circa exsolutionem residuorum centum millium florenorum ita nunc esse occupatum, ut hac septimana finem ejus promittant quod effectus monstrabit ac nuntiare non intermittam, et sic, rogatae S. R. Majestatis literae si fortassis non in via sint, haud erunt necessariae. Ratione vero pecuniarum in Saxonia assignatarum, quarum terminus Festi Paschatos necdum est solutus et quid cum praesenti Nundinarum S. Michaelis fiet, nec dum etiam scio, dignetur Illma Vestra Excell: cum Ministris S. R. Mtis Saxonicis conferre, quatenus S. R. Mtas serio injungeret iterato mandato, ut ibidem sine omni excusatione, terminorum assignatorum succedat exsolutio. Pro misera totalitèrq

314

ruinata Curlandia, Illrmâm Vrâm Excellentiâm enix
rogo, velit apud S. R. Mtem instare, ut inter
positione Regiâ efficiatur, ne Milites Mosco
tici ibidem hybernent, ex hoc enim finalis sa
sequeretur devastatio. Coeterum cum apprec
tione bonae valetudinis cunctaeq desiderabilis p
speritatis, omni venerationis kultu, maneo,

Monseigneur

de votre Exella
le tres humble
tres oblige Servi
Ferdinand D.
de Curla

Gedani die 14. Octobris.
ao 1711.

Celsissimus Dux Curlandiæ
d. 14 8bris 1711

316.

42

59

A Son Excellence

Monsieur Le Comte de
Schönbeck Grand Chance=
lier de Pologne &c.

à l'Armeé du Roij
de Pologne.

Ferdinand